profectò in primis quidem ſi ens multipliciter dicatur, quoddam enim quia ſubſtantiam ſignificat, quoddam quia quale, quoddam quia quantum: & reliqua quoque prædicamenta. Quale igitur vnum omnia entia erunt, ſi nõn erit non ens? vtrum ſubſtantiæ, an paſſiones, & alia quoque ſimiliter, an cuncta? & erit vnum hoc, & tale, & tantum, & alia quæcũque vnum quid ſignificant? At inconueniens eſt imò verò impoſſibile, vnam aliquam naturam factam cauſam, & huius entis, & eiuſdem entis ſit quoddam hoc, quoddã tale, quoddam tantum, quoddam verò vbi. Deinde ex quali non ente, ac ente entia? Multipliciter enim, & quod non ens, ſicuti etiã ens. Etenim quod nõ hominem ſignificat, non eſſe hoc: quod non rectum autem, nõ eſſe tale: quod non tricubitum verò, non eſſe tantum. Ex quali igitur ente, & non ente, multa entia erunt? Vult itaq. falſum, & hanc naturam non ens dicere, ex quo & ente multa entia, qua de re dicebat, quòd oportebat aliquod falſum ſupponere: quemadmodum geometræ pedalẽ eſſe, quæ non ſit pedalis. At impoſſibile eſt, hęc ita ſe habere. Nec enim geometræ vllum ſupponũt falſum. Non. n. id in ſyllogiſmo propoſitio eſt: neque entia fiunt ex ita nõ ente, neque corrũpuntur: verùm quoniam non ens, quod ſecundum caſus dicitur, æquè ac prædicamenta dicitur, præter hæc autem non ens dicitur, quod vt falſum, ac id, quod ſecundum potentiam: ex hoc generatio eſt, ex non homine: potentia verò homine, homo: & ex nõ albo, potentia verò albo, album. Similiter, ſiue vnũ quid, ſiue multa fiant. Videtur autẽ quæſtio, quomodo ens, quod ſecundũ ſubſtantias dicitur, multa ſit, cùm profectò numeri, longitudines, & corpora, ea ſint, quæ generãtur. Inconueniens itaque eſt, quo modo quidẽ ens, quod quid eſt, multa ſit, quærere, non autem quo modo, aut qualia, aut quanta. Nõ enim indeterminata dualitas, nec magnũ & paruum cauſa eſt, vt duo alba, aut multi colores, aut ſapores, aut figuræ ſint. Numeri nanque, hæc etiã erunt, ac vnitates. At verò ſi hęc conſideraſſent, vidiſſent profectò, quid etiam in eis cauſæ eſt: eadẽ enim proportionalis cauſa eſt. Ipſa enim tranſcenſio cauſa: & id, quod quærebant, enti & vni oppoſitũ, & ex quo & his entia facerent, cauſa fuit, vt ad aliquid & inæquale ſupponerent, quod neq. cõtrarium, neque negatio illorum eſt, ſed vna natura entium, quemadmodum quid, & quale. Oportebat igitur hoc etiam quærere,

A καίτοι πρῶτον μὲν, εἰ τὸ ὂν πολλαχῶς. τὸ μὲν γὰρ ὅτι οὐσίαν σημαίνει, τὸ δ' ὅτι ποιὸν, τὸ δ' ὅτι ποσὸν, καὶ τὰς ἄλλας δὴ κατηγορίας. ποῖον οὖν τὰ ὄντα πάντα ἓν, εἰ μὴ τὸ μὴ ὂν ἔσται; πότερον αἱ οὐσίαι, ἢ τὰ πάθη; καὶ τὰ ἄλλα δὴ ὁμοίως, ἢ ἅπαντα· καὶ ἔσται ἓν τὸ τόδε καὶ τὸ τοιόνδε, καὶ τοσόνδε, καὶ τἄλλα ὅσα ἕν τι σημαίνει. ἀλλ' ἄτοπον, μᾶλλον δὲ ἀδύνατον, τὸ B μίαν φύσιν τινὰ γενομένην αἰτίαν εἶναι, καὶ τούτου καὶ ὄντος εἶναι αὐτοῦ ὄντος, τὸ μὲν τόδε εἶναι, τὸ δὲ τοιόνδε, τὸ δὲ τοσόνδε, τὸ δὲ πού. ἔπειτα ἐκ ποίου μὴ ὄντος, καὶ ὄντος τὰ ὄντα, πολλαχῶς γὰρ καὶ τὸ μὴ ὂν, ἐπειδὴ καὶ τὸ ὄν. καὶ τὸ μὲν μὴ ἄνθρωπον, σημαίνει τὸ μὴ εἶναι τοδί. τὸ δὲ μὴ εὐθὺ, τὸ μὴ εἶναι τοιονδί. τὸ δὲ μὴ τρίπηχυ, τὸ μὴ εἶναι τοσονδί. ἐκ ποίου οὖν ὄντος καὶ μὴ ὄντος, πολλὰ τὰ ὄντα; βούλεται μὲν δὴ τὸ ψεῦδος C καὶ ταύτην τὴν φύσιν λέγειν τὸ οὐκ ὂν, ἐξ οὗ, καὶ τοῦ ὄντος, πολλὰ τὰ ὄντα. διὸ καὶ ἐλέγετο, ὅτι δεῖ ψεῦδός τι ὑποθέσθαι, ὥσπερ καὶ οἱ γεωμέτραι, τὸ ποδιαίαν εἶναι, τὴν μὴ ποδιαίαν. ἀδύνατον δὲ ταῦθ' οὕτως ἔχειν. οὔτε γὰρ οἱ γεωμέτραι ψεῦδος οὐθὲν ὑποτίθενται (οὐ γὰρ ἐν τῷ συλλογισμῷ ἡ πρότασις) οὔτε ἐκ τοῦ οὕτω μὴ ὄντος τὰ ὄντα γίνεται, οὐδὲ φθείρεται. ἀλλ' ἐπειδὴ τὸ μὲν κατὰ D τὰς πτώσεις μὴ ὂν, ἰσαχῶς ταῖς κατηγορίαις λέγεται, παρὰ τοῦτο δὲ τόδε, ὡς ψεῦδος λέγεται τὸ μὴ ὂν, καὶ τὸ κατὰ δύναμιν, ἐκ τούτου ἡ γένεσις ἐστὶν, ἐκ τοῦ μὴ ἀνθρώπου, δυνάμει δὲ ἀνθρώπου, ἄνθρωπος· καὶ ἐκ τοῦ μὴ λευκοῦ, δυνάμει δὲ λευκοῦ, λευκόν. ὁμοίως ἐάν τε ἓν γίγνηται, ἐάν τε πολλά. φαίνεται δὲ ἡ ζήτησις, πῶς πολλὰ τὸ ὂν, τὸ κατὰ τὰς οὐσίας λεγόμενον. E ἀριθμοὶ γὰρ καὶ μήκη καὶ σώματα τὰ γινόμενά ἐστιν. ἄτοπον δὴ τὸ ὅπως μὲν πολλὰ τὸ ὂν, τὸ τί ἐστι ζητῆσαι, πῶς δὲ, ἢ ποιὰ, ἢ ποσὰ, μή. οὐ γὰρ δὴ ἡ δυὰς ἡ ἀόριστος αἰτία, οὐδὲ τὸ μέγα καὶ τὸ μικρὸν, τοῦ δύο λευκὰ ἢ πολλὰ εἶναι χρώματα, ἢ χυμοὺς, ἢ σχήματα. ἀριθμοὶ γὰρ ἂν καὶ ταῦτα ἦσαν καὶ μονάδες. ἀλλὰ μὴν εἴ γε ταῦτ' ἐπῆλθον, εἶδον ἂν τὸ αἴτιον καὶ τὸ F ἐν ἐκείνοις. τὸ γὰρ αὐτὸ καὶ τὸ ἀνάλογον αἴτιον. αὕτη γὰρ ἡ παρέκβασις αἰτία καὶ τοῦ τὸ ἀντικείμενον ζητοῦντας, τῷ ὄντι καὶ τῷ ἑνὶ, ἐξ οὗ καὶ τούτων τὰ ὄντα, τὸ πρός τι, καὶ τὸ ἄνισον ὑποθεῖναι, ὃ οὔτε ἐναντίον, οὔτ' ἀπόφασις ἐκείνων, μία τε φύσις τῶν ὄντων, ὥσπερ καὶ τὸ τί, καὶ τὸ ποιόν. καὶ ζητεῖν ἔδει καὶ τοῦτο,

πῶς